POSITIONES
DE
HOMICIDIO,

Quas

Supremo Rectore & Directore Favente

In Inclyta Lipſi. Academia

Conſenſu & adſenſu Magnifici Dn. Ordinarii, Senioris, nec non reliquorum de Facultate Juridica Dd. & Aſſeſſorum,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

PRÆSIDE

Clariſsimo & Conſultiſsimo Viro

Dn. JACOBO BLÜMELIO,

Philoſophiæ & J.V.D.

publicæ cenſurę

proponit & exponit

JOHANNES ADAMUS Svidn.-Sileſius.

Ad diem 15. April. hor. 7. mat. & ſeqq.

In Paleſtra ICtorum.

LIPSIÆ,

Typis Lambergianis, excudebat Johan. Glück.

ANNO CIↃ IↃ CXIX.

VIRIS

Ampliſsimis, Conſultiſsi-

mit, uſu rerumq; Prudentiâ Spectatiſ-
ſimis, Pręſtantiſſimis

Dnn. CONSVLIBVS, CÆ-

TERISQUE TOTI ORDINI SENA-
torio & Scabinatui Laudatiſsimæ Svidnicenſis
Sileſ. Reipubl. addictis
Digniſsimis.

*Omnibus & ſingulis Mecænatibus, Promo-
toribus, Favitoribus plurimum obſervandis.*

Haſce Theſes
in
Debiti cultus & gratitudinis teſſeram ut &
Favoris ulterius ſubmiſsè promerendi
incitamentum

L. Mq; nuncupatas exoptat

AUTOR.

SI in ulla unquam Juris parte multum Olei conſumendum, dubitare non poſſumus, quin ſummam adhibere operam debeamus iis materiebus, quæ in hoc exulceratiſsimo ſeculo ex leviſsimis ſæpè cauſis frequentiſsimè accidere ſolent. His HOMICIDIUM annumerandum eſſe neminem ſanæ mentis negaturum fore confido. Quamobrem fundamenta illius communia, Conflictu hoc publico, exercitii gratia, ea qua fieri potuit perſpicuitate, pro viribus, delineare conſtitui.

ΘΕΣΙΣ I.

Definitur HOMICIDIUM, [a] quælibet hominis [b] violenter facta exanimatio, quâ anima à corpore ſeparatur. [c]

a. *Ab homine cædendo dictum, Græcis ἀνδροκτασία. l. 51. in princ. ff. ad L. Aquil.* b. *Cujuscunq; ſit ſtatus, ætatis, ſexus. 1. quia omnes ad imaginem Dei conditi, & omnibus Deus communem vitam & naturam dedit l. 12. in f. ff. d. accuſ. 2. quia appellatione hominis, tam fœminæ & infantes, quàm mares & adulti continentur. l. 1. ubi Goëd. n. 22. & ſeqq. l. 152. l. 195. d. V. S l. 3. §. 1. d. lib. hom. exh. Cuiac. 6. O. 21. Weſ. h. t. ad L. Cornel. d. ſic. n. 6. Hinc dubitationis plena oritur* Q. an is ſit homicida, qui partum abegit, vel in cauſa fuit, ut mulier abortum faceret? *Diſtingv. puto, inter fœtum jam animatum, & inanimatum. Priori caſu, Abigens pœna ordin. afficitur. Poſteriori extraordinaria pro qualitate facti & perſonarum conditione. l. 8. h. t. Et hæc diſtinctio Iure Divino, Canonico & Civili conſentanea videtur. Exod. 21. v. 22. & 23. c. ſicut. c. Moyſes 32. q. 2. c. 20. ext. de homicid. P. H. O. art. 131. & 133. Damb. in prax. crim. c. 74. n. 9. & ſeqq. Weſ. h. n. 7. Facbin. 9. contr. 100. Treut. 2. diſp. 32. th. 5. lit. g. Harp. de pub. jud. §. 5. n. 9. cum ſeq. Diſs. Menoch. caſ. 357.* c. *Bald. in l. 7. §. 1. ad L. Aq. per. l. 11. §. 3. eod. Weſ. n. 5. Alth. 1. I. R. c. 55.*

II.

Eſtq; aliud verum, aliud quaſi. Illud aut voluntarium ac doloſum, aut involuntarium. Doloſum, quod doloſo occidendi animo ac ἐκ προαιρέσεως committitur.

Punitur proprie ex L. Cornelia. l.1.§.3.l.7.l.pen.h.Vult.1.l.R.c.48.n.10.& 12. VVeſ.d.n.5.Dolus a. hîc ex ipſo facto præſumitur, donec probetur contrarium. l.1.5.C.h.t Menoch.2.caſ.361. Clar.§. homicidium. n. 8. Ex ſola n. inſtrumenti qualitate, qua cædes facta eſt evinci nequit. Nam & baculo occidens & lapide mortis reus eſt. §.5.1. de pub.jud. l.6. C. ad L.Iul.de vi l 38.§.5. de pœn.VVeſ,n.11. Gomez. tom.3.var. reſol. c.3.n.12. Treut.d.diſp.3h.5. lit. a. Diſſ Bald.conſ.136. lib.2.ell.4.C.de teſtibus. Alciat.1.diſp.c.17. Hipp.d. Marſil. ad l 1.§.3.h.Clar. d.loc.n.5.

III.

Rurſus hoc vel verè, vel ex interpretatione perpetratur. Verè quando quis ipſe directò a hominem aut

1. Manu occidit.[b]

a. Per ſe nec per alium. l.1.in princ.ibi qui hominem occidit.§.3.& l.15.h.

b. armis puta & telo, quæ hîc confunduntur d.l.1.h.l.is qui C. eod. Hujus pœna eſt hodie ultimum ſupplicium. l.3.§.5.l.16.h.§,5.de pub.jud. P.H.O. *art.137. concord.j.Saxon.lib.2.* LandR. *art.13.j.gl.germ.* vnd die einen Mann todt ſchlagen. *& 3. art.45. ubi gl. v.* zu dem erſten. *Quæ pœna in omnibus indiſtinctè perſonis omni conditionis differentia poſthabita, ſive privatæ ſive publica. ſive nobiles, ſive ignobiles hoc delictū dolo admiſerint, obtinet. Clar.n.18. Daumb.c.67.n.21.& 22. Treut.d.th.5.lit.1.Harpr.n.140. cum ſeqq. Olim quidem de jure civ. hæc pœna capitalis in humilioribus tantum fuit conſtituta: Honeſtioribus v. ignis & aquæ interdictio ſ. deportatio. l.3.§.pen.l.pen.h.t. Hodierna pœna interdum augetur ex circumſtantiis. Latrones n. publici rotâ tunduntur, & poſtea ipſi imponuntur. Vnde jam nimis quotidiana ſuboritur Q.* an pœna ordinariâ remitti queat? *Et non poſſe, certum eſt, 1. quia hoc delictum tam ſeveriſſimè Lege Divina prohibitum. Num.35.cum ſimil. 2. quia temeritas, ut teſtantur exempla in ſacris obvia atrociſſimis pœnis, non ſolum in ipſis Principibus, ſed etiam ſubditis à Deo fuit vindicata. Theſa.dec.21. Farin. q. crim. 6. n. 15. & ſeqq.*

IV.

2. Veneficio[a] & Maleficio.[b]

a. Si

a. *Si quis venena mala abſolutè prohibita vel quatantenus tantum, ad hominis interitum temerè vc, aut v. illicita medicamenta malo exemplo præparat, propinat & tractat.l.1.§.1.h.l.3.§.3.eod.l.1.in fin. l 28.§.9.eod. etſi non ipſi exhibeant, ſed tantum eum in finem vendant.arg.dd.ll.l.1.C.de malef.VVeſ. n.28.Damb.74. Pœna hodie in mares eſt rota, in fœminis aqua, aut aliud violentum ſupplicii genus* P.H.O. *art 130. quæ etiam interdum augetur pro circumſtantiarum ratione, nim.tractione ad caudam equi, adhibitis ignitis forcipibus. Olim ut alij homicidæ puniebantur.l.1.in pr.l.3.§.5.h.t.*

b. *Cum quis adhibitis illicitis artibus (puta per ſortem, faſcinationem, imprecationes dæmoniorum, ſignorum poſitionem, & id genus alia l. 4. 5. 6. & t.t. C.de malef. t.t.x.d.frig. & malef.) diabolo ob fœdus ſecum initum cooperante. c. in ſumma.26.q.5.c.qui ſine. 26.q. 6. aut hominibus pecudibus, agris, frugibus, aliisq; nocere, eos præſtigiis & incantationibus faſcinando colludere, & miraculoſa facere conatur, aut divinandi curioſitatem profitetur, per quam ſc. futura quædam vel etiam præſentia v.præterita nobis ignota vaticinari & aperire ſibi arrogat.l.5.C.de malef. c. un.26.q. 1. c.igitur. 26.q.3.* Hujus *ordinarium ſupplicium eſt ignis, ſi ſc. exinde damnum datum fuerit: ſin. v. nullum, pœna ſtatuitur extraordinaria, pro modo & qualitate delicti. Iure civ. olim variis pœnis coërcebatur. vid. Paul. 5. ſent.tit. 12.l.3. C. de malef. & math.l.5. C.h.t.*

V.

In hoc Dd. acriter confligunt, An ad bonum finem, puta in morbo, aliisq; rebus deſperatis maleficiorum opera, uti liceat? Quod neg.

Ratio.1. quia L.Div. & humana ſeveriſſimè prohibitum, Levit 16.v.31. & 20.v.6. Deu. 18. v.10. c. qui ſine.26.q.7.c. admoneant.cum ſeq.26.q.7.l.3. & 5. C. de malef. & math. 2. quia non ſolum operatio malefica, cum abſq; Dæmonis opera & ſuffragio fieri nequeat.c.nec mirum. §. hac. a.26.q. 5. per ſe mala eſt, ſed nec ſuperſtitio omnisq; vana actio peccato caret. 3. quia non ſolum ſanitas taliter recuperata per breve tempus durat, & non rarò poſteà in patientis extremam perniciem & corporis & animæ convertitur. Nov. Leon. 56. Sed etiam ea ſanatio fit cum certiſſimo proximi damno. Sagas namq; morbos ab aliis q. derivatos, non niſi corporibus aliorum viciſſim inſtillando, curare jam dudum compertum eſt.vid.Heig.p.2.q.39.n 73. & ſeqq. Petr. Theod. diſp. crim.7.th. 6. lit.c.ubi tres adhuc alias ſubnectit rationes.

VI.

Homicidium ex interpretatione fit: 1. Cum quis per alium pecunia interveniente hominem interfici procurat & mandat.

Quod crimen aliàs proprio nomine appellatur Aſſaſsinium, *item homicidium conductitium.d.quo c.1.de homic.in 6. Duar.2.diſp.12.Eſtq; hodie* aſſaſsinium *quod ab aliquo ad hoc mercede conducto ad alterius mandatum perpetratum aut ſaltem attentatum d.c.1. Ordinaria ejus pœna eſt gladius tam in mandante ſ.locante, qui aſſaſſinator, quam in mandatorio ſ. conducente, qui aſſaſſinus vocatur; ſi ſc. ad actum tantum modò proximum cæde non ſubſecuta, perventum fuerit.d.c.1. & fit ob delicti hujus atrocitatem & reip. commodum, ne ſc. facilè tales conductores & locatores inveniantur. Clar.§. aſſaſsinium. n.2. Menoch.caſ.360.n.41. 42. 43. Sin. v. delictum ſit perfectum, tunc omninò gravius homicidio ſimplici, pro ratione circumſtantiarum coërcendum eſt. Damh. d. l. c. 83.n.4. Decian.d.tract.crim.30.n.21.*

VII.

2. Si conſilio & ſimplici ſ. gratuito màndato internecionem promoveat.

L.15.ff.h.l.5. C.de accuſ.l.6.ad ſc.ſyllan.quod à præcedente multum differt. Decian.d.tr.31.32.33.34.35.36.37. Hinc duæ a. quæſtiones ſeſe efferunt. 1. Num mandans homicidium eadem pœna afficiendus ſit, qua mandatarius ſ. executor. *Aff. Ratio 1.quia in l.15.pr.ff.h.t.generaliter definitur, nihil intereſſe, occidat quis an cauſam mortis præbeat.2. per l. 7.§.fin. ff.de jurid. 3. quia damnum dat, qui jubet dare. l.169.de R. I. Peck. in l. qui facit n.6.de R.I.in 6. Gomez.tr.3.n.39.Clariſs.Dn.Præcept. meus Förſter diſp. 18.th.17.Hœn.17.contr.10.Diſſ.Menoch.cent.4.art.qq.caſ.313.Clar.§.fin.q.89. n.2.* Altera, An qui mandavit vulnerare, prohibuit a. expreſſè occidere, teneatur de homicidio, ſi Mãdatarius non ſolum vulneravit, ſed etiam occiderit. *N.verior.Ratio.1. quia mandans animum occidendi non habuit. E.d.l.1.§.3. 2. quia verba mandati ſtrictiſſimè ſunt intelligenda. 3. per text.in l.3.§.2.ff.d.t. Fach.1.contr.36. Arum.15.Exer.9. Cram. diſcept.18.poſ.22.Hun.d l.q.5.Harp.d.§.5.n.31.cum ſeqq.Diſſ.Iul.Clar. q.89. n.5.Capol.conſil.34.Gomer.tom.3.c.3.n.18.Menoch.c.352. n.2.*

VIII.

3. Si falſo teſtimonio [a] & iniqua condemnatione [b].

a. *Veluti ſi teſtis doloſe contra aliquem in crimine publico ſ. capitali falſum perhibet teſtimonium, quo eum ad ultimum ſupplicium, adigere ſtudet, licet is reus ad mortem damnatus, aut capitaliter punitus non fuerit. l. 1. §. h. t. arg. l. antep. §. 1. de vi bon. rapt. Lingva n. omni ferro nocentior, & non minus hominem occidit, qui falſa depoſitione innocentem opprimit. Damh. c. 70. n. 4. Modeſt. Piſt. p. 4. q. 141.*

b *Veluti ſi Iudex ex crudelitate, ſub prætextu legis ac juſtitiæ innocentem falſis teſtibus ſubornatis convictum & condemnatum ultimo ſupplicio affici curavit. l. 1. pr. l. 4. pr. h. t. Tenetur etiam talis magiſtratus ex L. Iul. de vi pub. l. 10. ad L. Iul. de vi. item repetundarum, ſi pecuniam acceperit. l. 7. ad L. Iul. repet. Farin. q. crim. 111. n. 21. cum ſeqq. Damh. c. 71. n. 25. cum ſeqq.*

IX.

4. Si tandem dolo malo cauſam ſ. opem præſtet.

Quocunq; modo etiam fiat. l. 15. ff. ad L. Corn. Quod tamen plerique Dd. de auxilio immediato & proximo, non remoto accipiunt. Vnde ſi quis ſaltem remotum præſtiterit hunc, cum minus deliquerit, quam ipſe principalis, non eadem cum ipſo, ſed aliquanto mitiore pœna afficiendum concludunt. Pœna n. debet commenſurari delicto, & ubi major eſt culpa, ibi major quoq; debet infligi pœna. l. 11. §. mulier in f. ff. ad L. Iul. de adult. l. 22. C. de pœn. De his a. qui ope ſuo cædem promoverunt, videri poterit Gomez. d. l. c. 3. n. 48. & ſeqq. Clar. 5. ſent. §. f. q. 90. Gail. 1. de P. P. c. 1. n. 43. & ſeq. Menoch. c. 349. An a. qui liberos exponunt L. Corneliæ pœna teneantur, *hic diſquiſitionis eſt? Si non animo necandi, ſed potius conciliandæ à prætereuntibus miſericordiæ gratia exponant. Verius eſt extra ordinem puniri. l. 2. ubi Gl. & Dd. C. de infant. ex poſ. l. 9. C. de pat. pot. Iure Saxon. fuſtigatione cum perpetua relegatione, etiam eo caſu, quo fœtus incolumis inventus fuit. Coler. deciſ. 138. Moller. 4. ſemeſt. c. ult. n. 7. Sin a. in locum ſolitarium, & à conſpectu hominum remotum, præſertim ſi ſint ſangvinolentes, ſubjiciant, ut inedia conſumentur; tunc meritò d. L. pœnam incurrit: mortis n. cauſam propinquam præbere cenſentur: & qui ita exponit, alimenta denegat, qui a. denegat, necare intelligitur. l. 4. ff. d. agn. & alien. lib. l. 2. c. 3. C. de infant. exp. Nov. 153. pr. & c. 1. in f. eod.*

X.

Huc usq; de doloſo ſ. voluntario homicidio: ſequitur involuntarium ſ. ἀπροαίρετον, quod fit citra interficientis, intentionem & voluntatem. a Eſtq; duplex, Neceſſarium & Caſuale. Illud coactè ad injuſtam vim ac injuriam avertendam b.

a l. 1.

[a] *l. 1. ſ. C. h. t. t. t. x. de homic. vol. & caſ. VVeſ. n. 3. Clar. d. §. n. 1. Damh. c. 67. & ſeq.* [b] *Vocatur reſpectu objecti perſonarum, Germ.* Nothwehr oder gedrengter Todtſchlag. P. H. O. *art. 139. ibi* welcher eine rechte Nothwehr/zu rettung ſeines Leibs vnd Lebens/ꝛc. *Gail. 2. O. 110. n. 9. Item neceſſaria defenſio ſ. moderamen inculpatæ tutelæ. l. 1. C. und. vi. tum ob formam, quam illud moderamen conſtituit, tum quod ea defenſio ſuſcipiatur ſine defenſionis culpa & ob culpam aggreſſoris.*

XI.

Datur omni jure[a], non tantum unicuiq; indiſtinctè[b], ſed etiam contra quoscunq; vim talem inferentes[c].

[a]. *c. dilecto in pr. de ſent. excom. in 6. ibi, omnes leges, omniaq; jura. c. ſignificaſti, de hom. ibi, quamvis vim. & quidem* 1. Iure Divino, *Gen. 14. v. 14. Exod. 21. v. 13. & 22. v. 2. Deut. 9. v. 19.* 2. Naturali. *l. 45. §. 4. ad L. Aqui. l. 1. §. 11. ſi quad. paup. c. jus naturale, diſt. 1. cl. paſtoralis, de ſent. & re jud. Con. 1. com. 41. n. 8. Menoch. c. 277. Gail. 2. O. 100. n. 9.* 3. Gentium, *propter moderamen inculpatæ tutelæ l. 3. de j. & j. ubi IC. definit. Ius G. cui tanquam exemplum defenſio hæc immediate ſubjicitur: Sunt n. verba de ſubjecta materia intelligenda. l. 4. in pr. ad L. Aq.* 4. Canonico. *c. quia te, ibi, quoniam non tua ſponte. Obrech. de neceſſ. defen. c. 4. n. 13. Farin. q. crim. 125. n. 9.* 5. Civili *ratione probationis & confirmationis, l. 1. und. vi. l. 45. §. pen. ff. ad L. Aquil.* [b] *Sine ullo vel ſexus, vel ætatis, vel conditionis vel ordinis diſcrimine. d. l. 3. de j. & j. ibi, quisquis l. quod attinet. de R. l. Gail. 1. d. P. P. 6. n. 5. & 2. O. 110. n. 11.* [c] *etiam adverſus furioſos, mente captos & dormientes. Aier. de hom. neceſ. p. 1. n. 66. & 67. item con. ebrios & temulentos. item contra mulierem ſe quis recte defendit.* P. H. O. *art. 144, ibi.* So wehre doch müglich/ daß ein grawſam Weib einen weichen Mann zu einer Nothwehr dringen möchte/ꝛc. Subditus et. magiſtratui reſiſtere poteſt, *Si vid. non ut Magiſtratus, ſed ut privatus vim injuſtam infert arg. l. 3. §. 1. ff. quod met. l. 32. ff. de injur. Mynſ. 5. O. 18. Menoch. rem. 8. recup. poſſ. n. 9. Tunc n. non magiſtratui, ſed privato reſiſtitur l. 170. l. 167. §. 1. de R. l.* An etiam adverſus parentum caſtigationes. quæritur? *N. Si parens intra cancellos licitæ caſtigationis conſtitutus ſit, ſecus ſi occidendi animo ſine cauſa filium latronum more invaderet, aut vero nimia utendo ſævicia filium in tantas anguſtias detruſerit, ut nullus planè elabendi locus ei relictus, ſed ei aut moriendum,*

aut

aut patri reſiſtendum fuerit. Quir. Kubach, qq. ill, cent. 1. decur. 2. q. 10. Diſſ. Bodin, de Rep. 1. c. 4. Obrecht. h. c. 6. n. 13. & ſeq.

XII.

Non tantum autem ſeipſum, ſed etiam alios quoscunq; in periculo vitæ conſtitutos unus quisque defendere tenetur.

Ratio 1. quia unusquisq; non minus proximum ſuum, quàm ſeipſum diligere jubetur. Matth. 22. Marc. 12. Luc. 10. Prov. 24. 2. Quia natura cognationem quandam inter omnes homines conſtituit d. l. 3. ob quam unusquisq; alteri in neceſſitatibus ſubvenire tenetur. c. non inferenda cum ſeq. c. ult. 23. q. 3. c. 47. de ſent. excomm. l. 50. de R. I. P. H. O. art. 150. Gail. O. 110. n. 19. Menoch. c. 361. n. 9. 10. Vaſq. ill. q. c. 11. n. 26. Harp. d. §. 5. n. 65. cum ſeqq. Diſſ. Deci. & Cagn. ad d. l. 50. Clar. 5. ſent. §. fin. q. 87. n. 3. aliter Damh. c. 80. n. 5. & ſeq. qui diſtingvit inter jus civile & Canonicum. Ob pudicitiam non ſolum propriam, ſed & ſuorum defendendam quis inſultantem impunè occidere poteſt. *1. quia virginitas theſaurus impretiabilis, quam ſororem angelorum victricem libidinum, reginam virtutum, poſſeſſionem omnium bonorum deſcribit Cyp. lib. de virg. quæ cum ſemel amiſſa, reſtitui nequit. l. 1. in pr. C. de rapt. 2. quia eadem ratio in pudicitiæ defenſione, qua in vitæ amiſſione militat, neutra cum recuperari poſſit, c. 11. 23. q. 5. 3. quia metus ſtupri major eſſe debet, quàm mortis l. 8. §. 2. ff. quod met. cauſa. 4. per l. 1. §. 4. ff. h. t. P. H. O. art. 119. ubi eiusmodi expugnator violentus pudicitiæ* einem Räuber gleich/ ſol mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode gebracht werden. *Gail. 2. O. 110. n. 5. & ſeq. Treut. diſp. 1. th. 4. lit. c. ibid.*

XIII.

Quod etiam procedit in Rebus.

Licet non ſemper perſonæ periculum mortis immineat, ſed quando res aliter ab invaſione, furto & rapina defendi & ſervari nequeunt. l. 1. C. und. vi ubi generaliter permittitur defenſio rerum. E. & interemptio aggreſſoris permiſſa cenſetur, ſi ea defenſio pro conſervandis rebus aliter expediri nequit. l. 3. §. 9. de vi & vi arm. l. 9. h. t.

XIV.

Sed cum rebus noſtris annumeretur Fama & exiſtimatio, quæritur, num ob defenſionem illius hominem interimere liceat? N.

 Ratio

Ratio 1. quia in j. noſtro defenſio tantum, eaq́ moderata, non etiam vindicatio permiſſa legitur. l. 45. §. 4 ad L. Aquil. l. 1. C. und. vi. 2. Quia ob vim nobis illatam aut inferendam leges defenſionem privatam concedunt: jam v. per injuriam verbalem corpori nulla vis infertur. E. Vaſq. contr. 12. n. 2. Boc. de jur. pug. 2. c. 1. Harp. d. loc. n. 88. ſeq. §. hæc actio l. de injur. n. 186.

XV.

Ut v. hoc homicidium ſ. defenſio legitima cenſeatur, opus eſt, ut illam quis ſuſcipiat cum moderamine inculpatę tutelę[a], cujus tria communiter conſiderari debent propria; Modus[b], Tempus[c], Cauſa[d].

[a] *d. l. 1. C. und. vi.* P. H. O. *art. 140. Gail. 2. O. 110. n. 3. Donel. 17. com. 20. Treut. d. diſp. 32. th. 6. lit. K.* [b]. *Analogia n. defenſionis ad offenſionem, Sive cum armis, ſive ſine armis fiat retinere debet. c. 35. ibi, dum tamen non. de ſent. excom. ut puta, ne vis inermis repellatur armis, ſed ſi armis, pugnis, aut verbis vis inferatur, iisdem viciſſim repellatur.*

Hîc nodoſa incidit Q. an paritas armorum requiratur? Neg.

Ratio 1. quia vis illata in continenti depellenda eſt. Paria a. arma in continenti parari nequeunt. Cuj. ad. l. 3. d. j. & j. 2. quia IC. in d. l. 3. generaliter loquitur. Clariſs. Dn. Præc. Forſt. p. 1. diſp. ult. th. 11. [c]. *ut in continenti fiat, non ex intervallo. l. 45. §. 4. l. 52. §. 1. ad L. Aquil. l. 3. §. 9. ibi, ſed hoc confeſtim. d. vi & vi arm.* P. H. O. *art. 142. Ratio 1. quia qui ex intervallo vim infert, cogitato infert, nec tam ad defenſionem, quàm ad ultionem, in continenti a. defenſio fieri dicitur, quando confeſtim* zu friſcher That/ *nullo actu extraneo interveniente reſiſtimus l. 1. C. qu. liceat unic. ſe ſin. Forſt. diſp. ult. p. 1. th. 10. Han. diſp. 1. th. 12. Diſſ. Conn. 1. comm. c. 6. Schneid. in §. jus a. l. de j. n. g. &c.* [d]. *Ut non animo ulciſcendi, ſed injuriam propulſandi fiat. Hinc non incommode ſolet moveri Q.* An quisnam primum aggreſſoris ictum expectare teneatur? N. *1. quia potentia, quæ actui proxima eſt, cenſetur eſſe in ipſo actu. l. 1. §. 21. l. 18. §. 2. de acq. poſſ. 2. quia is tam fortis eſſe poteſt, ut ex eo aggreſſus interimatur; itaq́ melius eſt in tempore prævenire, quàm poſt vulneratam cauſam remedia quærere. l. fin. C. in quib. cauſ. maj.* P. H. O. *art. 140. ibi,* Vnd ſo einer den Benöthigten entleibt / iſt darumb nichts ſchuldig/ iſt auch mit ſeiner Gegenwehr/ biß er geſchlagen wird/ zu warten nicht ſchüldig. *Clar §. homicid. n. 33. Obrech. c. 11. n 16. & ſeq. Farin. q. 125. n. 63. Arum. d. th. 2. q. 3. Harp. d. §. 5. n. 55. cum ſeqq.* Vlterius Quæritur: An

aggreſ-

aggreſſus potius fugere debeat, quàm aggreſſorem occidere? *Aff. §. injuria, ibi, ſi aliter periculum. l. de L. Aquil. l. 45. in f. ff. eod. Cl. un. de homic.* P. H. O. *art. 140. ibi*, vnd der benötigter kan füglich oder ohne Gefehrligkeit vnd verletzung ſeines Lebens/ꝛc. nicht entweichen / der mag ſein Leib vnd Leben ohn alle Straffe durch eine rechte Gegenwehr retten. *& art. ſeq. v.* mehr ſo fürgeben wird. *Boc. d. tr. p. 180. 181. Hæn. 1. contr. 13. Theod. diſp. fin. th. 5. lit. c. Harp. d. loc. n. 59. Diſſ. Bronch. 2. miſcel. aſſ. 51. in fin. Olem. diſp. 34. n. 25. cum ſeqq. in obj. & reſol.*

XVI.

Hæc niſi obſervaverit & moderamen exceſſerit, ordinaria quidem pœna non tenetur, ſed arbitrio judicis punitur.

Ratio 1. quia delinquendi conſilium ex propoſito abeſt. l. 1. §. fin. ff. ad L. Corn. 2. quia mitius cum eo agendum eſt, qui provocatus ſe ulciſci voluit. l. 14. §. 6. ff. de bon. libert. 3. per l. 38. §. 8. ff. ad L. Iul. de adult. P. H. O. *art. 140. & 142. v.* Nemlich hier iſt zu mercken. *Iure Sax. punitur vel cæſione virgarum, vel amputatione manus, & tunc non tenetur ad VVerigeldum, vel punitur ſola relegatione, & tunc condemnatur etiam in VVerigeldum interempti propinquis ſolvendum*, daß alsdenn das Wehrgeldt den Freunden auch mit zugeſprochen werden möge. *Elect. Aug. 4. C. 11. ubi Moller. Menoch. c. 278. Gail. 1. O. 110. n. 16. Fach. 1. cont. 32. Diſſ. alleg. ibid.*

XVII.

Caſuale homicidium eſt, quod præter interficientis Scopum & voluntatem, culpa aut citra culpam committitur.

l. 7. ff. h. t. licet lata ſit culpa (quæ h. loco dolo non comparatur) & ex L. Aquil. punitur: Si levis, levior etiam pœna: ſin nulla culpa, ſed caſu, tunc impunitatem meretur. l. 11. ff. h. t. l. 5. C. eod. l. 9. in f. l. 11. in pr. l. 31. in f. ad L. Aquil. P. H. O. *art. 146. Iure v. Saxon. caſu aliquem occidens, ſolis filiis & agnatis, & his deficientibus, filiabus, interfecti*, Wehrgeldt *i. e.* 24. Alteſchock. *ſolvere tenetur. 2. lib.* LandR. *art. 38. in f. Clar. d. §. n. 3. & ſeq. Damh. d. tr. c. 85. Harp. n. 114. & ſeqq. Vbi etiam diſtingvendum eſſe putant, rei ne licitæ in loco licito & conſveto, operam homicida dederit, nec ne.* P. H. O. *d. art. Vigl. exem. 3.*

XVIII.

Haut in convenienter hîc illam diſceptionem inveſtigare Iubet: Num Ordinariâ L. Corn. pœna teneatur, qui Titium interficere volens, Sejum interfecit? A.

Ratio 1. quia dolus in genere, itemq; animus occidendi adfuit. 2. quia is, qui cum telo ambulaverit hominis occidendi gratia, licet non occiderit, pœna h. L. tenetur: multò magis eadem tenebitur, qui cum telo hominis occidendi gratia ambulaverit, & ſimul etiam hominem occiderit nefariè, quamvis non eum occidere volebat. l. 7. C. h. t. §. 5. d. pub. jud. l. 18. §. 3. ff. de injur. Conſt. Elect. 6. p. 4. ibi, daß es ein Todſchlag ſey/ꝛc. vnd ein ſolcher Verbrecher mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode gerichtet werden ſol. *Clar. d. loc. n. 6. Treut. d. diſp. 32. th. 2. Fach. 1. c. 37. Bronch. 4. aſſert. 85. Harp. d. l. n. 117. ubi ait, hanc ſententiam in praxi ubiq; obſervandam eſſe. Arum. Diſp. fin. exer. 12. Hen. eod. th. 4. lit. a. Diſſ. Menoch. c. 324. n. 11. & ſeq. Phil. Matth. ad l. 55. de R. I. qui non Capitalem, ſed mitiorem hoc caſu infligendam putant.*

XIX.

Hactenus de Homicidio vero: Sequitur Quaſi[a], quod committitur, ſi quis hominem circumcidit[b], vel caſtravit, aut ſeipſum ad caſtrandum præbuit.[c]

[a]. l. 3. §. 4. l. 4. §. 2. l. 5. & 6. l. 11. in pr. ff. ad L. Corn. [b]. Ratio 1. quia inſtar homicidii eſt, virilitatem vel ſexum homini adimere. 2. quia cum magno periculo conjuncta eſt, adeò ut ex multis pauciſſimi incolumes evadant. Nov. 142. in pr. VVeſ. d. loc. n. 15. [c]. Ratio quia nemo membrorum ſuorum eſt Dominus l. 13. ff. ad L. Aquil. quiq; n. in ſe homicidium committere prohibetur l. 6. §. qui a. ff. de re mil. l. ult. §. ſic a. d. bon. eor. qui ant. ſent. Harp. d. l. n. 130. & ſeq. Hodiè pœna talionis, una cum publicatione bonorum & exilio perpetuo eſt d. Nov. 142. Nov. Leon. 60. Olim ex L. Corn. l. 3. §. 4. l. 4. cum ſeq. h. t. in ſervis ultimum ſupplicium erat l. 11. h. t.

XX.

Dubiam hanc Dd. motam Q. inſerimus: An ſi quis hominis necandi cauſa cum telo ambulaverit, teneatur pœna ordinaria. De j. civili Affirm.

Ratio 1. quia affectus hic æque ac effectus punitur. 2. quia in maleficiis voluntas

luntas ſpectatur, non exitus. l. 14. h. t. c. omnis. c. homicidium de pœn. diſt. 1. 3. quia voluntas & propoſitum diſtinguunt maleficia. l. 53 in pr. de furt. & affectio operi nomen imponit. l. 5. C. de injur. Secus eſt de hodierna Conſvet. quâ cæde non ſecuta pœna capitalis non imponitur, ſed extraordinaria arbitrio judicis, Menoch. caſ. 356. n. 4. Clar. §. fin. q. 92. Decian. 9. tr. crim. 23. n. 13. id quod vel maximè de j. Saxon. procedit VVeſ. in par. ff. ad L. Iul. de adult. n. 5. & ad L. Pomp. de Parric. n. 7.

XXI.

Cum ex præfatis appareat in hoc crimine dolum requiri, inde evidentur verum exiſtit, infantes [a] & furioſos [b] à pœna ordinaria prorſus abſolvi.

[a]. *Ratio quia innocentia conſilii hos tuetur. l. 12. ff. h. t. Extenditurque etiam ad infantiæ proximos. Menoch. c. 357. n. 17. Non v. ad pubertati proximos & minores. l. 23. de furt. l. 111. d. R. I. l. 1. C. de fal. mon. Item ad ſenes, qui decrepitæ ſunt admodum ſenectæ transfertur. l. 107. d. R. I.* [b] *d. l. 12. h. t. l. 9. §. ult. ad L. Pomp. de parr. c. aliquos. 15. q. 1. Si ſc. ſint in facto, ante & poſt factum mente capti: ſecus ſi ſubſit aliqua ſuſpicio ſimulatæ dementiæ, aut dilucida intervalla habeant. l. 14. de offic. præſid. Reuſ. 1. dec. 16.* Diſsident hîc Dd. an homicidium amoris æſtu inter corrivales commiſſum ad ſimilitudinem furioſi mitius puniri debeat? *æquitati conſentaneum videtur, ut cum affirmantibus ſtatuamus. Ratio 1. quia amor furoris quædam ſpecies eſt. 2. quia nihil eſt amoris furore vehementius. Nov. 74. c. illud. 4. Vnde Tragicus in ſua Medea, amorem ita deſcribens:*

Cæcus eſt ignis, ſtimulatus ira,
Nec regi curat, patiturvè frenum,
Haut timet mortem, cupit ire in ipſos
Obvios enſes.

Clar. §. fin. q. 60. n. 10. Menoch. caſ. 378. Diff. Gail. 1. O. 110. n. 32.

XXII.

Concludat hanc Diſputationem ardua & ſatis frequenta

quentata Controverſia : An ſc. Ebrietas excuſet à L. Cornelia?

Diſtingvimus inter modicam & immodicam. Ob hanc *delinquens à dolo quidem excuſatur penitus (niſi ſe malitioſe ad tale facinus patrandum inebriaſſet) eo quod tam furioſo ſimilis ſit. c. venter. diſt. 35. à culpa non aquè, cum operam dedit rei illicitæ: unde arbitraria non immerito punitur arg. l. 77. §. 9. & l. 30. ad L. Aquil. N ſi tamen delinquens alterius doli citra propriam culpam inebriatus fuiſſet: tunc n. nulli pœnæ eſt obnoxius.* Ob illam *nullo modo. Menoch. c. 326. Gail. 2. O. 118. Borch. de pact. c. 3. n. 15. Damh. c. 84. n. 15. Bronch. 4. aſſ. 43. Harp. d. l. n. 154.*

ROMA

F I N I S.